

Sen. suas. III 7

non subripiendi causa sed palam mutuandi, hoc animo ut vellet agnosci.

I

Verg. georg. I 498-501

Di patrii Indigetes et Romule Vestaque mater,
quae Tuscum Tiberim et Romana Palatia servas,
hunc saltem everso iuvenem succurrere saeclo
ne prohibete.

IV 559-566

Haec super arborum cultu pecorumque canebam
et super arboribus, Caesar dum magnus ad altum 560
fulminat Euphraten bello victorque volentes
per populos dat iura viamque adfectat Olympo.

Illo Vergilium me tempore dulcis alebat
Parthenope studiis florentem ignobilis oti,
carmina qui lusi pastorum audaxque iuventa, 565
Tityre, te patulae cecini sub tegmine fagi.

II

Enn. Epigramm. 9-10 Warmington

Nemo me lacrimis decoret nec funera fletu
faxit. Cur? Volito vivus per ora virum.

Lucr. I 117-119

Ennius ut noster cecinit qui primus amoeno
detulit ex Helicone perenni fronde coronam,
per gentis Italas hominum quae clara clueret

Verg. georg. III 8-12

Temptanda via est, qua me quoque possim
tollere humo victorque virum volitare per ora.
Primus ego in patriam mecum, modo si vita supersit,
Aonio rediens deducam vertice Musas;
primus Idumeas referam tibi, Mantua, palmas.

Ov. met. I 1-4

(da Ovidio, *Metamorfosi*, I, Libri I-II, a cura di A. Barchiesi, con un saggio introduttivo di C. Segal, testo critico basato sull'edizione oxoniense di R. Tarrant, traduzione di L. Koch, Milano, Fondazione Lorenzo Valla, Arnoldo Mondadori Editore, 2005).

In nova fert animus mutatas dicere formas
corpora; di, coeptis (nam vos mutastis et illas)
adspirate meis primaque ab origine mundi
ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

«A narrare di forme cambiate in corpi | nuovi mi spinge l'ingegno; il mio progetto, dèi, (anche quello, infatti, avete mutato) | assecondate e dall'origine prima del mondo | conducete continuo il canto, fino ai miei giorni» (traduzione nuova).

XV 861-879

(da Ovidio, *Metamorfosi*, VI, Libri XIII-XV, a cura di P. Hardie, testo critico basato sull'edizione oxoniense di R. Tarrant, trad. di G. Chiarini, Milano, Fondazione Lorenzo Valla, Arnoldo Mondadori Editore, 2015).

di, precor, Aeneae comites, quibus ensis et ignis
cesserunt, dique Indigetes genitorque Quirine
urbis et invicti genitor Gradive Quirini
Vestaque Caesareos inter sacrata penates,
et cum Caesarea tu, Phoebae domestice, Vesta, 865
quique tenes altus Tarpeias Iuppiter arces,
quosque alios vati fas appellare piumque est:
tarda sit illa dies et nostro serior aevo,
qua caput Augustum, quem temperat, orbe relicto
accedat caelo faveatque precantibus absens! 870

«Dèi compagni di Enea, vi prego, voi che vinceste | e il ferro e il fuoco, e voi dèi Indigeti, e Quirino, padre | dell'Urbe, e tu invitto Gradivo, padre di Quirino, | e Vesta, consacrata tra gli dèi Penati di Cesare, e tu Febo, | 865 tu pure dio di famiglia assieme alla Vesta di Cesare, | e tu alto Giove, che hai il tuo tempio sulla rocca Tarpea, | e voi tutti altri dèi che un poeta può e deve invocare: | che tardi giunga quel giorno, dopo la fine della mia vita, | in cui l'augusta testa, abbandonato l'universo che ora governa, | 870 salirà al cielo e di lassù esaudirà le preghiere ricevute».

Iamque opus exegi, quod nec Iovis ira nec ignis
nec poterit ferrum nec edax abolere vetustas.
cum volet, illa dies, quae nil nisi corporis huius
ius habet, incerti spatium mihi finiat aevi:
parte tamen meliore mei super alta perennis
astra ferar, nomenque erit indelebile nostrum,
quaque patet domitis Romana potentia terris,
ore legar populi, perque omnia saecula fama,
siquid habent veri vatum praesagia, vivam.

875

Ho ormai compiuto un'opera che non potranno cancellare | né l'ira di Giove, né il fuoco,
né il ferro, né il tempo divoratore. | Quando vorrà, quel giorno che ha potere solo su
questo corpo, | ponga pure fine alla durata – che io ignoro – della mia vita: | **875** la parte
migliore di me mi trasporterà più in alto | delle stelle, e il mio nome resterà: indelebile. | E
dovunque si estende la potenza romana sulle terre domate, | sarò letto dalla gente, e per
tutti i secoli, grazie alla fama | (se c'è qualcosa di vero nelle profezie dei poeti), vivrò.